



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

In Cæna Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

tibus gloriamur nos & Christum Regem amplectimur, putamusque nobis omnibus dictum illud Psalmistæ: *Respicere in faciem Christi tui.* Hunc ergo in cruce pendentem attentiùs hodie consideremus. *Mense XII. Disc. 343. pag. 119.*

## IN CÆNA DOMINI.

1.

*Sciens JESUS, quia omnia dedit ei Pater in manus.* *Joan. 13. v. 3.*

JESUS in SS. Altaris Sacramento instituendo maximum divinæ suæ potentiae miraculum patravit: quod non mirari solum, sed illud etiam amare, atque in hoc miraculo majestatem illius humillimè adorare debemus. *Mense XI. Disc. 310. pag. 70. usque ad num. 7.*

2.

*Non estis mundi omnes.* *Joan. 13. v. 11.*

Ut dignè simus præparati ad sucipiendam S. Communionem, requiritur status gratiæ ferè perpetuus & divinæ legis observantia. *Mense XI. Disc. 311. usque ad num. 10.*

3.

*Exemplum dedi vobis.* *Joan. 13. v. 15.*

Tametsi excepto Iudâ integerrimi fuerint Apostoli & peccatis expurgati, tamen Christus eorum

## CONCIONATORIUS. 21

corum pedes lavat : *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes laret,* nimirum ut minimos quoque ad peccatum affectus evellat. Et hæc est proxima ad S. Communionem præparatio, accurata Conscientiæ emundatio. *Mense XI. Disc. 311.* pag. 101. num. 10. ad finem.

### 4.

*Cum dilexisset suos, qui erant in mundo,  
in finem dilexit eos. Joan. 13.*

Perpetuum Christi studium fuit, ut unanimem inter Apostolos suos sensum & concordiam conservaret, sciens optimum cujusque familiæ thesaurum esse concordiam: quare omnem ab eis ambitionem & æmulationem exclusit; Petrum, quid de Joanne fieret, interrogantem redarguit; discipulos, quis eorum videretur esse major, disputantes increpuit, & quidem ultima nocte. Patres familias, si sibi subditos vere diligent, concordes faciant & conservent. Grave enim malum est domesticorum discordia ipsa, & gravium malorum mater. *Mense VI. Disc. 174. pag. 374.*

### 5.

*In finem dilexit eos. Joan. 13.*

Ultimum Christi in discipulos suos beneficium fuit duplex charitatis documentum, cum nempe & discipulorum pedes lavit, & corporis ac sanguinis sui Sacramentum eisdem porrexit, eaque ratione profundam omnium documentorum

rum suorum memoriam eis impressit. Imbibant Patresfamilias Spiritum Christi, & si domi suæ versari discordiam aliquam advertant, non conniveant, vel omnino consentiant, sed protinus tollant. *Mense VI. Disc. I 76. pag. 407.*

## In DIE PARASCEVES.

I.

*Tradidit eum voluntati eorum, ut crucifigeretur. Luc. 23.*

Christum crucifixerunt inordinatæ nostræ passiones; nam & populus invidiâ & odio impulsus mortem ejus petiit: Pilatus timore & captandi popularis favoris cupiditate excæcatus eum condemnavit. Iniquissima hæc sententia frænandarum nobis passionum sollicitudinem ingrat. *Mense XII. Disc. 337. pag. 16. per totum.*

2.

*J E S U S Nazarenus Rex Judæorum.  
Joan. 19. v. 14.*

Titulus iste sicut ingratis Judæis omnibúsque obstinatis peccatoribus terribilis erit, sic justis in solatium & fiduciam cedit. *Mense XII. Disc. 342. pag. 101.*

3.

*Crucifige, crucifige eum. Joan. 19.  
Mundi fallaciam & perfidiam discimus, dum  
Chri-*